# CAPITULO XII

## EPILOGO

*Ocho consecuencias prácticas.*

Infiérese, pues, de todo lo anteriormente expuesto, lo primero, que la Asociación de las Hijas de María Inmaculada, establecida hoy en las cinco partes del mundo, es una de las instituciones más notables, más bellas, más extensas y provechosas que la Iglesia, al fin de este siglo, lleva en su seno; lo segundo, que está providencialmente adaptada para contrarrestar la sensualidad que devora al mundo actual, causando, al decir de sus facultativos é higienistas, más muertes y ruinas ella sola, que las espantables guerras de esta centuria; que la Asociación, for-



mando agrupaciones de vírgenes púdicas en contraposición de las mujeres legales, contrarresta su acción deletérea y atrae bendiciones sobre las familias y los pueblos: lo tercero, que el cristiano que hable mal de esta obra, la calumnie, la escarnezca ó la hostilice, injuria á Dios en la familia de su Inmaculada Madre, y se afilia, en cierto modo, en el ejército de los enemigos de Dios y de su Iglesia: lo cuarto, que, por el contrario, todo cristiano y más el sacerdote ó el párroco y mucho más el Obispo ó el Prelado que tengan la conciencia de su deber y el celo de la casa de Dios, deben, cada uno en la esfera de su acción, alentar la Asociación, favorecerla y jamás combatirla, pues el Papa la autoriza en orden á aquellos fines: lo quinto, que los padres y madres de familia, y los que tengan niñas jovenes bajo su dirección, y miren á la Asociación con malos ojos, dificultando ó impidiendo á las jóvenes que les están sujetas el ingresar ó pertenecer á ella, son malos padres, malos cristianos, y tendrán que dar á Dios cuenta de todo

el bien que impidieron con su resistencia: lo sexto, que las jóvenes cristianas deben abandonar las preocupaciones que abriguen con respecto á ella, y que no pueden ser inspiradas sino por el espíritu del mundo, y por instigaciones de Satanás, eterno enemigo de la pureza; que se animen á escuchar la voz del Señor que las llama, y á sacrificar, en aras de su Madre Inmaculada, las locuras y vanidades del mundo que la muerte, muy pronto quizá, les arrebatará y que así conquistarán con su sacrificio una vida contenta y una muerte envidiable: lo séptimo que los que presidan, gobiernen ó de alguna manera sirvan á las Asociaciones, nunca desmayen, ni desconfíen: su recompensa será grandiosa. No olviden aquella espléndida promesa, que la Madre de Dios jamás dejará sin efecto: "Qui elucidant me, vitam æternam habebunt" [Ecli. XXIV. 31.] Lo octavo y último, que todos traigamos siempre en la boca y en el corazón, que en nuestros conflictos repitamos, que en los últimos momentos de la vida nuestros labios, aunque desfallecidos, lancen por la vez postrera el grito de guerra de la milicia virginal. El apacigua los enojos del cielo, consuela dulcemente el corazón, y espanta y amedrenta al infierno:



—¡Oh María, concebida sin pecado:
Rogad por nosotros que recurrimos á Vos!
—¡Oh María, concebida sin pecado;
Rogad por nosotros que recurrimos á Vos!
—¡Oh María, concebida sin pecado;
Rogad por nosotros que recurrimos á Vos!

FIN.

(A). Pág. 21.

A Pio IX. die 20 Junii 1847, perpetuo concessa est D. Etienne, Superiori gen. Congregationis Missionis, "facultas instituendi, in scholis adolescentularum apud Charitatis Puellas, piam societatem sub titulo B. Virginis Immaculatæ cum omnibus indulgentiis congregationi SS. Virginis Romæ constitutæ pro adolescentibus scholarum Societatis Jesu concessis."

(B). Pág. 23.

SUPERIORI CUJUSLIBET DOMUS CONGREGATIONIS IN RESPECTIVA EJUS ECCLESIA PIAM SODALITATEM CONCEPTIONIS B. M. V. IMMACULATÆ ERIGENDI. CUM INDULGENTIIS CONGREGATIONI PRIMÆ PRIMARIÆ JAM CONCESSIS TRIBUITUR FACULTAS.

Beatissime Pater.

Superior Generalis Congregationis Missionis, Sanctitati Vestræ enixe sup-



plicat ut dignetur elargire presbyteris Congregationis Missionis potestatem erigendi in collegiis ac scholis ubi pueri et adolescentes ab eisdem presbyteris erudiuntur, congregationem sub titulo Conceptionis B. Mariae V. Immaculatæ, eique communicare omnes indulgentias tum plenarias, tum partiales quibus fruitur et gaudet congregatio adolescentium PP. Societatis Jesu Romæ instituta. Pro qua gratia etc.

EX AUDIENTIA SANCTISSIMI.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX clementer indulsit, ut Superior pro tempore cujuslibet domus missionariorum Congregationis, in respectiva ejus domus ecclesia, piam Sodalitatem sub titulo Conceptionis B. M. V. Immaculatæ de relativi Ordinarii licentia, erigere, eidemque omnes et singulas indulgentias primariæ Urbis ipsius tituli sodalitati elargitas communicare queat. Præsentibus in perpetuum valituris absque ulla Brevis expeditione, non obstante distantiæ defectu, servatis tamen reliquis aliis servandis juxta cons-

titutionem S. M. Clem. VIII. datam Romæ apud S. Petrum die 7 decembris 1604, quæ incipit: Quæcumque á Sede Apostolica.

Datum Romæ, ex Secretaria S. Congregationis Indulgentiarum, die 19 Julii 1850.

J. Car. Asquinius, Præf.
A. Archip. Prinzivalli.
Substitutus.

Lo que dice este documento pontificio respecto á la constitución de Clemente VIII se extiende tan sólo á la congregación de jóvenes, que se erija en los colegios y seminarios dirigidos por los PP. Paulinos, y de ninguna manera á la Asociación de Hijas de María, como consta de la declaración auténtica y Breves pontificios que á continuación se ponen.

(C). Pág. 24.

Pius IX, die 19 sept. 1876, Brevi *Exponendum Nobis*, hanc facultatem ampliavit dicens: "Iis in locis ubi præfatæ Filiæ á Charitate S. Vincetii á



Paulo commorantur, ut puellæ etiam quæ harum Filiarum scholas, ac institutas in usum operum domos, haud frequentare solent, ad Filiarum Mariæ pias societates legitime constitutas, dummodo tamen á piis aliis societatibus, quas forte ingressæ fuerint, frequentandis non amoveantur, ita ut puellæ ipsæ omnibus et singulis tam plenariis quam partialibus indulgentiis, cæterisque spiritualibus gratiis fruantur quibus fruuntur illarum societatum consorores, Auctoritate Nostra Apostolica, tenore præsentium concedimus et elargimur. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris."

—Hæc societas 1° erigitur per litteras á Sup. Gen. Congregationis Missionis traditas; 2° gaudet, sine affiliatione speciali, indulgentiis et privilegiis Primæ Primariæ; 3° non subjacet præscriptis Constitutionis Clementis VIII, *Quæcumque*, de die 7 septembris 1604. 4° institui potest absque ulla distantiæ ratione. (S. Cong. Ind. 30 aug. 1866.)

## SODALIBUS CONFRATERNITATIS SUB TITULO *B. M. V. IMMACULATÆ*, IN ECCLESIA DOMUS PRINCIPIS CONGREGATIONIS MISSIONIS ERECTÆ, CONCEDUNTUR INDULGENTIÆ ET CETERÆ GRATIÆ SPIRITUALES QUIBUS DITATA EST CONGREGATIO DICTA *PRIMA PRIMARIA* ROMÆ: INSUPER INDULGENTIÆ IN FESTIS S. VICENTII A PAULO.

LEO PP. XIII.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Supplices Nobis admotæ sunt preces, ut piæ Confraternitati titulo B. Mariæ Virginis Immaculatæ, canonicæ, ut asseritur, institutæ in ecclesia Parisiensis domus principis presbyterorum secularium Congregationis Missionis, omnes et singulas indulgentias communicare de Apostolica auctoritate Nostra dignaremur, quibus gaudet Congre-



gatio *prima primaria* quæ dicitur titulo *B. Mariæ Virginis ab angelo salutatæ*, erecta in ædibus Collegii Romani clericorum regularium Societatis Jesu almæ hujus Urbis: præterea eidem Confraternitati infra recensendas indulgentias elargiri. Quum itaque propter demandatum Nobis a Deo munus, ad augendam fidelium pietatem ac spirituale eorum bonum procurandum, quantum in Domino possumus, animum intendamus, hisce precibus quibus æternæ animarum saluti prospicitur, obsecundare voluimus. Quamobrem, de Omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorun ejus auctoritate confisi, omnibus et singulis e præfata Confraternitate utriusque sexus Christi fidelibus nunc et pro tempore existentibus, dummodo quæ ad eas consequendas injuncta sunt pietatis opera rite præstiterint, atque ubi ex Apostolico Præscripto orandum sit, preces quoque pro peccatorum conversione Deo adhibuerint, omnes et singulas tam plenarias quam partiales indulgentias cæterasque spirituales gratias quibus memorata Congregatio *pri-*

*ma primaria* almæ hujus Urbis Nostræ ditata est communicamus, seu de novo tribuimus et impertimur. Præterea eisdem e præfata titulo B. Mariæ Virginis Immaculatæ Confraternitate Parisiensi sodalibus, nunc et pro tempore existentibus, vere pœnitentibus et confessis ac S. Communione refectis, qui supradictam ecclesiam die festo S. Vincentii a Paulo confessoris, vel uno ex septem diebus continuis immediate sequentibus, per unumquemque ex ipsis sodalibus, ad sui lubitum eligendo, singulis annis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, peccatorum conversione ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Denique memoratis sodalibus corde saltem contritis, qui præfatam ecclesiam dominica secunda post Pascha Resurrectionis Domini Nostri Jesu Christi, vel quolibet e septem diebus continuis immediate sequentibus, ad cujusque eorum lubitum pariter eligendo,



annuatim devote visitaverint, ibique ut supra oraverint, septem annos de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus. Quæ omnes et singulæ indulgentiæ, peccatorum remissiones ac pœnitentiarum relaxationes, ut etiam animabus Christifidelium quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint per modum suffragii applicari possint indulgemus. Non obstantibus Nostra et Cancellariæ Apostolicæ regula de non concedendis indulgentiis *ad instar*, aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die quinta aprilis 1878, Pontificatus Nostri anno primo.

Pro Domino Card. Asquinio,
D. Jacobini, *subst.*

# IN ECCLESIA DOMUS PRINCIPIS CONGREGATIONIS MISSIONIS CONFIRMATUR SODALITAS SUB TITULO B. M. V. IMMACULATÆ, NON OBSTANTE DISTANTIÆ LOCI DEFECTU; ET SUPERIORI GENERALI, VEL, EO DEFICIENTE, VICARIO GENERALI, PRÆSULIBUS ISTIUS SODALITATIS, ALIUM AD HOC OFFICIUM SACERDOTEM DELEGANDI CONCEDITUR FACULTAS.

## LEO PP. XIII.

### AD FUTURAM REI MEMORIAM.

Per Apostolicas litteras, quas, die quinta mensis aprilis hujus vertentis anni, hac ipsa forma dedimus, piæ Confraternitati snb patrocinio ac titulo Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ, canonice, ut asseritur, institutæ in ecclesia presbyterorum sæcularium Congregationis Missionis principis domus Parisiensis, spiritualia quædam Ecclesiæ munera, quorum Nobis dispensationem



commisit Altissimus, elargiti sumus. Nunc vero cum supplicatum Nobis fuerit, ut eidem Confraternitati legitimæ distantiæ defectum sanare, deque ea regenda quædam decernere, interposita Nostra auctoritate, velimus, quæ illi ipsi bene, prospere ac feliciter eveniant, Nos ad ea omnia, quantum in Nobis situm est, animum intendentes, quæ in spiritualem rem fidelium maxime fuerint, precibus hujusmodi prompta animi voluntate obsequuti sumus. Quæ cum ita sint, singulos atque universos, quibus Nostræ hæc litteræ favent, ab quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et pœnis quovis modo vel quavis de causa latis, quas si forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, ac absolutos fore censentes: primum quidem, ut etiamsi alia sodalitia ejusdem instituti ac nominis, Parisiis erecta fuerint vel in posterum erigantur, non obstante tamen conditione distantiæ, quæ Sanctæ hujus Sedis declaratione continetur Constitutionis Clementis VIII Prædecessoris Nostri recol, mem., pia Confrater-

nitas, de qua habita mentio est, in honohonorem sanctæ Dei Genitricis in ecclesia ista parisiensi principis domus Congregationis Missionis, rite constitisse censeatur; atque idcirco qui in eam coaptati fuerint Christifideles omnibus spiritualibus gratiis legitime fruantur, quibus eadem Confraternitas ab hac Apostolica Sede ditata est, vel decursu temporis ditabitur; deinde vero, ut Moderator generalis Congregationis Missionis pro tempore existens, ac, post ejus mortem, qui istud muneris vicaria potestate fungetur, reapse sit, et habeatur ejusdem Confraternitatis Præsul, polleatque facultate alium ad hoc officium sacerdotem delegandi hisce litteris perpetuo, Apostolica Nostra auctoritate, concedimus atque indulgemus. Decernentes præsentes litteras Nostras firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri atque obtinere, illisqui ad quos pertinet, pertinueritve, hoc futurisque temporibus plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque ordinarios judices et delegatos, etiam causarum Palatti Apostolici



auditores, judicari ac definiri debere, atque irritum et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus, speciali licet atque individua mentione et derogatione dignis, in contrarium facientibus quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum. sub annulo Piscatoris, die 20 septembris 1878, Pontificatus Nostri anno primo.

Pro D. Car. Asquinio

D. Jacobini, *subst.*

(D). Pág. 79.

## LEON PAPA XIII, AL VISITADOR DE LA CONGREGACION DE LA MISION.

"Para aumentar la piedad de los fieles y procurar la salvación de las almas con nuestra autoridad apóstolica concedemos al Visitador de la Congregación de la Misión en el tiempo que lo sea, la facultad de proponer á los respectivos Ordinarios, algunos presbíteros de la misma Congregación ó de fuera de ella,

que puedan debidamente establecer y dirigir las Asociaciones de Hijas de María en la República Mejicana al arbitrio de los mismos Ordinarios.*Además, á todas y cada una de las mujeres de las dichas Asociaciones que se hayan de eregir, como acaba de decirse, en la República Mejicana, con tal que cumplan debidamente en el Señor las obras de piedad prescritas para ganar las indulgencias, les comunicamos ó de nuevo les concedemos y donamos todas y cada una de las indulgencias tanto plenarias como parciales, y las demás gracias espirituales con que han sido enriquecidas por esta Santa Sede

(*) Præterea omnibus et singulis mulieribus ex præfatis Societatibus Filiarum Mariæ in eadem República Mexicana, ita ut mox dictum est erigendis, dummodo quæ ad eas consequendas injuncta sunt pietatis opera rite in Domino præstiterint, omnes et singulas tam plenarias quam partiales indulgentias cæterasque spirituales gratias, quibus societates ejusmodi a Filiabus Caritatis á S. Vincentio institutæ ab hac Sancta Sede ditatæ sunt, communicamus seu tribuimus denuo ac elargimur. In contrarium facientibus etc. *Pro Dno. Card, Macchi: Nicolaus Marini. Subs.*



las mismas Asociaciones intituidas por las Hijas de la Caridad fundadas por San Vicente......Dado en Roma en San Pedro bajo el anillo del Pescador, el día 2 de agosto de 1897, año vigesimo de Nuestro Pontificado."

(E). Pág. 81.

Puellæ inscriptæ in prædicta societate non impediuntur per initum matrimonium, quin indulgentiis et aliis spiritualibus gratiis frui possint, dummodo conditiones requisitas adimplant. (Resp. R. D. Jacobinii; Subsecretarii Cong. Brev.)

(F). Pág. 88.

Un reciente decreto de la Sagrada Congregación de Ritos ha determinado el modelo de la medalla que las Hijas de María deben llevar. Esta medalla, en el anverso representa á la Inmacula Virgen acogiendo á sus Hijas que le presenta la santa mártir Inés; y tiene alrededor esta inscripción: *Mater, tuos oculos ad nos converte.* En el reverso están grabados los sagrados Corazones de Jesús y María, y la corona

de las doce estrellas con la siguiente inscripción: "*Sodalitas filiarum Mariæ sub patrocinio B. V. Immaculatæ et S. Agnetis V. M.—Rom. ad S. Agn. Pius IX Primariam dixit, indulgentiis ditavit.*" Tal vez creerán algunos que este decreto obliga á todas las asociaciones de las Hijas de María; pero como no es así, conviene manifestar su extensión para evitar equivocaciones.

Este decreto no comprende, dice la *Nouvelle Revue Theologique* á todas las congregaciones de la Santísima Virgen, sino sólo á la piadosa Asociación de Hijas de María bajo el patronato de la Virgen Inmaculada y de santa Inés.

*La Semana religiosa* de Cambrai, añade: "Hay, en efecto, tres Asociaciones distintas que llevan cada una el título de Prima primaria.

1°. La de las Hijas de María, *delle Figlie di María*, establecida á principios del siglo XII en Ravena por el beato Pedro de Honestis, canónigo regular de Letrán. Pío IX, de feliz memoria, la constituyó en santa Inés extramuros, y encargó su dirección á los canónigos regulares de Letrán, con poder



de agregar á ella á todas las Asociaciones semejantes del mundo entero.

Las Hijas de María que formen esta congregación deben llevar una medalla, y esto de obligación, según el decreto de 24 de agosto de 1897 dado por la Sagrada Congregación; obligación que ha impuesto á ellas exclusivamente, señalándoles el modelo de medallas que ella ha aprobado.

2° Sigue después, por orden de fecha de 1584, la Asociación del Colegio Romano erigida en casa de los PP. Jesuitas; en un principio era sólo para niños y hombres, y desde 1825 también para niñas y mujeres.

3° Por último, entre las Hijas de la Caridad existe una nueva Asociación que mandó fundar la Santísima Virgen en 1830.

Estas tres Congregaciones, absolutamente distintas entre sí, gozan, poco más ó menos, de los mismos privilegios é indulgencias. Así, pues, en este último decreto no están comprendidas ninguna de las Congregaciones de Hijas, de María afiliadas á las de los pa-

dres jesuitas ó á las de las Hijas de la Caridad."

Como es bien sabido y consta claramente de las resoluciones de las Sagradas Congregaciones Romanas (como puede verse en nuestro Manual, cuarta edición) nuestras Hijas de María pertenecen á estas últimas; por consiguiente, no habla con ellas el citado decreto, ni deben alterar en lo más mínimo su preciosa y aprobada medalla.

En el Concilio quinto mejicano se hace también una distinción honrosa de las Hijas de María con estas palabras: (núm. 415.)

Nec licet in eadem Ecclesia plures erigere confraternitates *eiusdem instituti et generis*, nec in aliis ecclesiis quæ saltem convenienti spatio non distent ab illis in quibus iam inveniuntur erectæ, exceptis tamen Sodalitatibus Sanctissimi Sacramenti, Doctrinæ christianæ, Honorificæ Sacratissime Cordis Iesu vulgo *Guardia de Honor* et Filiarum Mariæ.

---

# INDICE

Una palabra al lector......... 3

Capítulo I. El cólera en París. —El Arzobispo. El Sr. Etienne.—San Lázaro hospital.—La obra de los huérfanos.—Las salas de labor.—Una piadosa industria, bendecida........................ 7

Capítulo II. El P. Juan María Aladel.---Su primera educación.---Su primera comunión.—Su vocación á la compañía de San Vicente.—Las confidencias de una Hermana. —La medalla.—Las asociaciones. —La sanción conónica.---Los Anales.—El Manual................ 13

Capítulo III. Tres limitaciones en 1847.—Bórranse en 1850.—La Asociación es independiente.—No está afiliada á otra.—Ni tiene que afiliarse.—Cómo viene de otras.—Silencio acerca de su origen celeste.—Motivos que lo produjeron.—Ya no existen.—La medalla milagrosa.—El Boletín.—Los obradores.—Los impresos.—La autoridad de la Iglesia...... 23